

28

sibus habere est mortuorum patrum vitam aspiciere et nostra ve-  
 gia a peccati vulnere custodire. **Canē. vij.** Quam pulchri sunt gressus  
 tui in calciamentis filia principis. gressus sunt perfectus operum  
 in calciamentis. id est in consideratione vite patrum. **Tercium** ipa-  
 ratiuum est correctionis disciplina in baculis manuum figurata. bacu-  
 lus enim significat rectitudinem iusticie qua nos ipsos debemus de no-  
 stris excessibus ante communionē iudicare. **p̄s.** Virga directionis vir-  
 ga regni tui apprehendite disciplinam nequādo irascatur dominus et  
 pereatis de via iusta. **p̄. Coz. xi.** Qui manducat et bibit indigne. ius-  
 dicium sibi manducat et bibit. non diiudicans corpus domini quod si nos  
 met ipsos diiudicemus non utiqz iudicemur. **Augustinus.** Ascen-  
 dat homo aduersum se tribunal mentis sue et constituto in corde iudi-  
 cio assit accusatrix cogitacio et testis cōsciencia et carnifex timor dei.  
 inde quidam sanguis anime confidentis per lacrimas profluat et sic  
 cessat vindicta diuina cum confessio et correctio precedit humana et  
 fit homo dignus ad fumentum christi corpus. verum nūc in sacramē-  
 to et perfecta fruicione in futuro. **De primo Deu. viij.** Afflixit te do-  
 minus penuria et debet tibi cibum manna quod ignorabas tu et patres  
 tui ut ostenderet tibi quod non in solo pane viuat homo sed in omni ver-  
 bo quod egreditur de ore domini. afflixite. id ē fecit ut te affligeres  
 et corrigeres. penuria id est pena in voluntatis tue et voluptatis carē-  
 cia et tunc debet tibi celestem panem corporis sui. **De secundo. Heb.**  
**xij.** Omnis disciplina in presenti quidem videtur nō esse gaudij sed me-  
 roris. postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam men-  
 tibus reddet iusticie Amen.

**De triplici māducābi modo et p̄mo de sacramētali t̄m quo idigne mā-**  
**ducāt maliuoli et dolosi ebema aprium. ¶ Sermo. xvij.**

**¶** Enite comedite ut a principio **Itē** thema aprium. **Quicūqz**  
 manducauerit vel biberit calicē domini indigne reus erit cor-  
 poris et sanguinis domini. **p̄. Coz. xi.** Quintum principaliter  
 circa sacmētū vnicū corporis notādū ē mod⁹ māducaedīs. **Et** hic est tri-  
 plex scz sacmētalis t̄m. spūalis t̄m. sacmētalis et spūalis h̄t. **Ad** hoc sa-  
 ne itelligēdū sciēdū quod in cibo altāris duo sūt. scz sacmētū et virt⁹ sac-  
 menti. **Sacramentum** ut dicit **Augustinus** in duobus constat scz  
 visibili panis et vini specie et inuisibili carne et sanguine cristi. **Virtus**  
 vero sacramenti est sanacio a damnacione mortis eterne. hanc virtu-  
 tem sacramenti crediderūt et spūritualiter gustauerūt oēs saluābi ab  
 origine mundi et quotidie gustant omnes boni xpiani. **Sacramentum**